

Bisher ungedruckte Stücke sind durch einen vorgesetzten * gekennzeichnet. Der textkritische Apparat bleibt der Ausgabe in den Konstitutionen Ludwigs IV. und Karls IV. vorbehalten.

Einen Ueberblick über die ganze Entwicklung wie auch ein leichteres Aufsuchen der einzelnen Bestimmungen soll die Tabelle im Anhang ermöglichen.

Textzusammenstellung.

I. Einleitung.

Rechtsverleihung für die Städte u. s. w. des Stifts;
Besitzbestätigung betr. Kochem u. s. w.

K 46 I: Karolus dei gracia Romanorum rex, semper augustus. Ad perpetuam rei memoriam. Dudum Romanorum imperatores et reges sanctam Treverensem ecclesiam et ipsius antistites ex multiplicibus affectionum amplexibus, quas ad ipsos iugiter habuerunt propter larga ipsorum antistitum merita, quibus ipsi se et sua ad publicam utilitatem imperii exposuerunt, cum libertatibus, privilegiis, donariis, munificenciis aliisque concessionibus graciosis tum mere pieque liberalitatis tum remunerationis seu recompensationis titulo, quibus iidem antistites per expositionem rerum et corporum ad publicam utilitatem imperii et imperatorum seu regum meruerunt attolli, iuste considerationis intuitu decorarunt. Nos igitur piis eorum vestigiis inherendo non tantum, que per eos facta sunt beneficia stabilire, sed eadem extendere et potioribus extensa favoribus ampliare debemus, presertim venerabilis principis nostri Baldewini, sancte Treverensis ecclesie archiepiscopi, sacri imperii per regnum Arelatense et Galliam archicancellarii, patruī nostri carissimi, respectu, qui semper pro iuribus et honoribus regni et imperii conservandis tam in partibus Gallie et Ytalie quam Germanie magnifice laboravit et potenter exposuit se et sua, adinstar predecessorum nostrorum et ex proprii nostri motus arbitrio discrecionis, que mater est omnium virtutum, instinctu fulcito ex certa scientia

(1) civitatem, opida, villas, valles, castra et fortalicia sua et ecclesie sue predictae, scilicet Treverim, Sarbûrch, Vreudemberch, Marcetum, Grimberch, Swartzemberch, Boszelstein, Palaciolum, Rumsteyn, Pilliche, Kylburg, Malberch, Manderscheit, Vreudenstein, Litche, Yranc, Witlich, Novum-castrum, Berncastel, Baldenowe, Baldenecke, Symeren, Cellis in Hammone, Cochme, Clottene, Esch, Trijs, Baldeneltz, Carden, Alkene, Thuron, Meyene, Monasterium, Kerliche, Confluen(ciam), Capellen cum castro Stoltzinfels, Ehrebrethstein, Nydernlainstein, Sterremberch, Baldenstein, Lympûrch, Vilmar, Schadecke, Monthabur, Grensoye, Hartenvels, Dyrdorf, Hoyngen et Ludenstorf, Treverensis dyocesis, sancti Wendelini, Lyvem-